

*Addebantur credentes Domino
multitudines virorum ac mulierum.*

Lectio Actuum Apostolorum

5, 12-16

- ¹² **P**er manus apostolorum
fiébant signa et prodígia multa in plebe;
et erant unánimiter omnes in pórticu Salomónis.
- ¹³ Ceterórum autem nemo audébat coniúngere se illis,
sed magnificábat eos pópulus;
- ¹⁴ magis autem addebántur credétes in Dómino
multitúdo virórum ac mulierum,
- ¹⁵ ita ut et in platéas efférrent infirmos
et pónerent in léctulis et grabátis,
ut, veniénte Petro,
saltem umbra illíus obumbráret quemquam eórum.
- ¹⁶ Concurrébat autem et multitúdo
vicinárum civitátum Ierúsalem,
afferétes ægros et vexátos ab spirítibus immúndis,
qui curabántur omnes.

Verbum Dómini.